Maria Maynarda, requisita de veritate dicenda de se ut principalis et de aliis ut jurata[(a)], dixit super[(b)] facto epistole idem ut dixit Jordana, soror sua, excepto quod nescit legere nec ipsam etiam legit. Item requisita de luminaribus, dixit idem quod soror sua. Item interrogata si posuit anulum in digito ipsius Rixendis, dixit quod propter affectionem et devotionem quam habebat in Rixendim posuit unum anulum[(c)]; quem anulum[(d)] nunc non habet, sed ipsum restituit illi cujus erat, videlicet uxori Cavenassi, que fuit quondam filia Petri Rubei. Item dixit interrogata de personis que fuerunt **[fol.78v]** in domo ante dictam Rixendim; dixit quod Cavanasse ambe et Maynarda filia Petri R.[(e)], Maynarda et Ermineniardis Bofada[(f)] et Sextarius et Ricardis Vayranus. Super aliis interrogata dixit se nihil aliud scire.

*Sancta creditur.*

[*Omitto hic depositiones illas qua|e|*[(g)] *vel non referunt facta, vel eorum qui fidem non adhibuerant Rixendi, sicut et formalitatum repetitiones*[(h)]].

*Tes|t.|*[(i)] *4.*

*Sancta reputatur. Indignas arcet a suis reliquiis.*

*Mulier revera castigatur ab*[(p)] *suam credulitatem. Vide12.*

Domina Sauronnenda, uxor quondam Raymundi Johannis de Ulmo, requisita de veritate dicenda de se ut principali[(j)] et de aliis ut testis, dixit quod Aladaissis Palauhana dixit sibi quod dicta Aladaissis[(k)] acceptis[(l)] de vestimentis dicte Rixendis in manu et dicta Rixendis dixit sibi « *Oi novas*[(m)], quid facitis si estis digna quod accipiatis de vestimentis meis?»; et cum dicta Aladaissis teneret de vestimentis |ipsius|[(n)] Rixendis et[(o)] vellet manum aperire qua tenebat de vestimentis ipsius, vix, ut dixit ipsa Aladaissis, non potuit aperire, ymo aliquandiu stetit quam non potuit aperire.

*Test. 5.*

....Uxor Raymundi Bedoci dixit quod ipsa et alia plures domne ibant ad dictam Rixendim; et audivit ipsam loquentem et dicentem: «Male vadit ad s|anc|tos[(q)] qui efficitur in peri[(r)] ...

*Test. 6.*

Armanda, uxor B. Alamberti, dixit quod ipsa ivit ad dictam Rixendim quia plures alie domne ibant. Tamen non vidit eam, sed audivit eam loquentem et dicentem: «Amor, amor, erunt certis[(s)] coronate **[fol.79]** et vestite veste serica[(t)]»; nec plura dixit.

*Testis 7.*

*Arguit vestes superbas et dogmatizat.* Fiblais *mundum muliebre*[(g')].

Jussiana[(u)], uxor Raymundi |B|lanquerii, dixit[(v)] se ivisse ter ad dictam Rixendim et audivisse ipsam loqu|entem| et dicentem; et dixit quod praedicta Rixendis vidit eam intrantem portantem *fiblays*[(w)] et dixit quod nunquam aliqua qu|e|[(x)] portaret *fiblays*[(y)] nec *cosse|x|s*[(z)] non videret faciem Dei. Item dixit quod si aliquis comederet aliqua orta in die dominica[(a')] vel essent[(b')] collecta die dominica[(c')] \vel calefacta/[(d')] seu *escalfadas*[(e')], non videret faciem Christi, ymo[(f')] sustineret magnas penas[(h')]. Item dixit quod dicta Rixendis dicebat quod die dominica fuerant[(i')] octo dies fuit Resurrectio Domini et die Veneris precedenti fuit Passio Domini. Item dixit quod die Martis proximo preterita[(j')] fuit octava dies Resurrectionis Domini. Item dixit quia[(k')] ipse[(l')] essent juxta ipsam, ipsa et plures

alie domne[m'] audiverunt a dicta Rixendi quod dicebat: \A/[n']«Laudate nomen Dei in Trinitate et Veritate[o']!»; et inter cetera dicebat[p'] : \B/«*Dos* [q'] *Diaus, dos*[r'] *Jhesus*[s'], *bon Jhesus, dos*[t'] *Jhesus*[u']!» Interrogata de circumstantibus, dixit quod uxor P.Fulquerii et Dulcia filia Ugonis de Plano et uxor Guillelmi de Pessalanis. Ita testis deposuit, anno Nativitatis Christi 1288, VII kalendas marcii.

*Dulcis Deus, dulcis Jesus.*

(a) *sic, il faut sans doute comprendre* testis. – (b) *En marge droite, au regard, figurent les mots barrés (sauf le dernier, qui est d'ailleurs tracé d'une encre plus claire)* De v. ad. v. ut praedicta omnia (*il faut comprendre* de verbo ad verbum). – (c) nu *souligné, sans doute pour signaler la particularité graphique que constitue l'absence de redoublement du* n. – (d) nu *souligné.* – (e) *souligné.* – (f) *d'une encre plus claire, sans doute écrit dans un second temps sur un espace d'abord laissé blanc.* – (g) as *final transformé en* ae – (h) omitto… repetitiones *souligné à l'encre de la correction. Par erreur, les crochets sont fermés deux fois, d'abord après* Rixendi, *puis à la fin de la phrase.* – (i) testis *transformé en* test. *à l'encre de la correction* – (j) *sic, comprendre* principalis. – (k) *d'une encre plus claire, sans doute écrit dans un second temps sur un espace d'abord laissé blanc.* – (l) *sic, comprendre* accepit. – (m) *souligné d'abord lors de la copie, puis à l'encre de la correction.* – (n) *en fin de ligne, par-dessus un trait d'abord tiré par le scribe pour marquer la fin de la ligne; précédé de* dicte, *barré.* – (o) *précédé de* in manu et dicta, *barré (pour corriger un saut du même au même).* – (p) *sic, comprendre* ob. – (q) anc *tracé à l'encre de la correction par-dessus* av *surmonté d'un tilde ; le mot a été souligné avant la correction, lors de la copie (le mot a d'abord été recopié tel qu'abrégé dans le document et souligné pour signaler une difficulté à réexaminer).* – (r) in peri *souligné;* peri *surmonté d'un trait (sans doute le tilde d'une abréviation dans le document copié).* – (s) *souligné pour indiquer une difficulté de compréhension ; il faut peut-être comprendre* certe. – (t) et... serica *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (u) *l'encre devient ici plus sombre et la plume plus épaisse, jusqu'à la fin de la copie.* – (v) *Ici reprend l'édition de Döll.* – (w) *souligné. Les trois premières lettres, d'un trait plus épais, ont peut-être été tracées dans un second temps sur un espace d'abord laissé blanc.* siblays *Döll.* – (x) e *formé à partir d'un* a *d'abord tracé.* quae *Döll.* – (y) *souligné.* siblays *Döll.* – (z) *souligné;* x *peut-être tracé par-dessus un* a. cosseas *Döll.* – (a') dominico *Döll.* – (b') *comprendre* que *avant* essent. – (c') dominico *Döll.* – (d') vel calefacta *dans l'interligne au-dessus de* non videret, *barré.* – (e') *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (f') imo *Döll.* – (g') Fiblais... muliebre *à l'encre de la correction, plus claire.* – (h') poenas *Döll.* – (i') dominica fuerant] dominico fuerat *Döll.* – (j') praescripta *Döll.* – (k') *comprendre* quod *avant* quia *et peut-être* dum, quando *ou cum à la place de* quia. – (l') ipsae *Döll.* – (m') alie domne] alii domini *Döll.* – (n') *la lettre majuscule* A, *insérée dans l'interligne, sert de repère pour un renvoi inséré* infra, *dans le résumé du témoignage 9, tout comme la lettre* B *insérée un peu plus bas.* – (o') Laudate... Veritate *souligné.* – (p') Laudate... dicebat *omis Döll (saut du même au même ?).* – (q') dus *Döll.* – (r') dus *Döll.* – (s') Dos... Jhesus *souligné, peut-être pour renvoyer à la traduction en marge droite.* – (t') dus *Döll.* – (u') *suivi de etc. Döll. Ici prend fin l'édition de Döll.*

Testis 8.

Guillelma, uxor B.Sextarici, di|c|it[a] quod sexies fuit ad domum Rixendis; et audivit ipsam Rixendim loquentem et dicentem : «Laudate nomen Domini! Laudate Patrem et Filium et Spiritum Sanctum!» [b] Item dixit quod dicta Rixendis dicebat circumstantibus domnabus quod die dominica non deberet quis coquere carnes nec coquinare et si quis contra faceret, sustineret magnas penas.

*Ad orandum invitat et dogmatizat.*

*Sessio II.*

Anno Domini 1288, VII kalendas marcii, Jordana et Maria, sorores, venerunt et comparuerunt iterato coram dominis antedictis non vocate, dicentes quod quadam die venit ad domum ipsarum Maynarda, uxor Arnaldi Vitalis quondam, earumdem consanguinea, et dum confaret[c] cum eis lacrymando de quadam questione quam habent cum ea filii et haeredes Guillelmi de Au|x|io, videns dicta Maynarda dictam Rixendim sedentem in angulo domus **[fol.79v]** et quia audiverat per dictas suas consanguineas quod erat bona mulier et devota, accessit et rogavit eam quod intercederet ad Dominum quod in questione praedicta conservaret ei jus suum. Item cum audisset eadem Maynarda a predictis suis consanguineis quod dicta Rixendis cum magna devotione benedixerat mensam et bona que comederant illa die, dicta Maria et dicta Jordana invitaverunt predictam Maynardam que si volebat[d] de pane benedicto in mensa per[e] dictam Rixendim; que Maynarda dixit quod sic. Et tunc dicta Maria obtulit et dedit ei Maynarde de aliquibus micis de dicto pane, quas Maynarda capiens, ligavit panem in suo velo et recessit cum dicto pane. Item dixit dicta Jordana quod quadam die, cum commederent ipsa et soror |sua| et dicta Rixendis, supervenit Ricardis, uxor Guillelmi Valardi, et dedit sibi quandam taladam[f] seu lisquam[g] panis qui erat in mensa; quam lisquam ipsa Ricardis aportavit. Item dicta Maria recepit anulum[h] alterius uxoris de *Cavanax* et posuit infra digitum ipsum[i] Rixendis.

*Sic MS.*

*De ejus orationibus afflicta commendat.*

*Panis ab ea benedictus servatur.*

*Annulus digito ejus admovetur.*

*Testis |9|*[j].

*Ova in Quadragesima bibit.*

*Benedicit et manus devotis imponit.*

*Gratiam e gremio in orantes effundit.*

*Sancta reputatur. Ejus revelationes.*

Bernarda Petriaca *deponit ut testis 7 \A/*[k], *addens* quod die |M|ercurii vel die Jovis proximi[l] transacta, ipsa Rixendis bibit ova; et ipsa Rixendis bene sciebat quod tempus erat quadragesimale. Item dixit quod dicta Rixendis benedixit eam Bernardam et quandam aliam mulierem, videlicet Garsindim, biguinam, et posuit manus supra capita earumdem. Item dixit quod dum petebatur gratia ab ipsa Rixendi, ipsa Rixendis ponebat manus in gremio et extendebat manus versus illas que petebant gratiam acsi cum manu prohiceret[m] gratiam versus caput et facies earumdem. Item *ut testis 7 \B/*[n]. Item dixit quod propter hoc ipsa accessit ad ipsam quia dicebatur esse sancta; et dicebatur quod Deus revelabat ei multa secreta. Item dixit se dedisse dicte Rixendi tria frusta candelaru|m| et unum obolum.

*Testis 10.*

*Error de die sancte Paschae*[o].

Domina |Va|larda dixit quod ipsa ivit ad dictam Rixendim propter multa verba quae dicebantur de ipsa; et dicebatur quod multum bona mulier erat. Item dixit quod audivit dictam Rixendim loquentem et dicentem quod dies Pasche fuerat die dominica fuerunt octo dies elapsi. Item dixit quod dicta Rixendis dicebat quod diebus dominicis non comederent aliquid quod esset decoctum seu calefactum die dominico; quod si facerent, multas haberent maledictiones. Item dixit quod epistola **[fol.80]** de qua fuit facta superius mentio dicta Rixendis[p] apparebat; et debebat, ut dicebat dicta epistola, pr\e/dicari[q] die dominico tunc sequenti; in qua epistola continentur ea que superius continentur, videlicet de comedendo res paratas die dominico et quod non debeat fieri simile. Item dixit quod ipsa misit sex panes ad Jordanam amore |D|ei ut omnes simul comederent.

*Testis 11.*

*Benedicit devotis.*

Ricardis, uxor Guillelmi Valardi, *deponit ut testis 10 de epistola illa. Item ut in seunda*[r] *depositione Jordan|e| et Marie de talada seu lisqua panis. Item quod ad ipsius petitionem et quarumdam aliarum que ibi erant dicta Rixendis dedit eis*

*benedictionem signando ipsas signo crucis.*

Domina Valarda, uxor Guillelmi de *Pesalens, deponit ut testis 10 de die Pasch|ae|.* Item dixit quod \ipsa/ d|ed|it[s] amore Dei dicte Rixendi sex denarios. *Testis 12.*

(a) c *tracé par-dessus un* x. – (b) Laudate nomen... sanctum *souligné lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (c) *souligné pour renvoyer à la mention marginale au regard* sic MS ; *comprendre* conferret. – (d) que si volebat *sic.* – (e) *précédé de* predicta, *barré.* – (f) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (g) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (h) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (i) *sic, il faut sans doute comprendre* ipsius. – (j) 9 *tracé par-dessus un* 8. – (k) *renvoi à la lettre identique insérée* supra *dans les dires du témoin 7.* – (l) *sic.* – (m) *souligné.* – (n) *renvoi à la lettre identique insérée supra dans les dires du témoin 7.* – (o) *même mention, barrée, au regard en marge droite.* – (p) dicta Rixendis *sic, sans doute pour* dicte Rixendi. – (q) e *tracé dans l'interligne au-dessus de* ae, *biffé* . – (r) *sic pour* secunda. – (s) ipsa dedit *en correction de* audivit dici *(*audivit *barré,* ed *de* dedit *tracé par-dessus* ic *de* dici*) après un saut du même au même.*

Anno quo supra, V kalendas marcii, Raymunda, uxor Ber. *Cabanellas*, dixit *ut testis 7 ibi «Laudate»* [a]. Item dixit quod audivit dici ab ipsa Rixendi quod |i|psa[b] Rixendis dicebat quod ille que portabant *pitrals*[c] et *rossex*[d] multas haberent benedictiones. *Testis 13.* Pitrals *et* rossex *mundum muliebre*[e].

Domina Sicardis, biguina, requi|sita| de v|er|itate dicenda de se ut principali[g] et de aliis ut testis, interrogata dixit quod ipsa fuit et ivit ad dictam Rixendim sepe et sepius et jacuit in domo in qua erat dicta Rixendis bene per tres vel quatuor noctes. *Testis 1|4|*[f].

Requisita de epistola de qua superius facta est mentio, dixit quod dicta Rixendis dicebat circumstantibus quod colerent diem dominicum et non comederent aliquod coctum die dominico et quod servarent diem domini|cu|m. Dixit quod ille que non servabunt diem dominicum multas habebunt maledictiones. *Cultus dominicae superstitiosus.*

Item dixit quod ex quo fuit in Quadragesima, vidit dictam Rixendim bibentem ova tria; et dicebatur inter domnas que ibi erant quod licentiam habebat a suo *Non observat abstinentiam quadra-*

confess|o|r\e/ quod posset comedere ova. *gesimalem.*

Item dixit quod audivit a dicta Rixendi quod dicebat quasi rimando quod debebat esse capta et debebat esse in obscuro loco, nec provideretur sibi sicut providebatur tunc ei. *Quod caperetur praedicit.*

*Capientibus se mala praesagit.* **[fol.80v]** Item dixit quod audivit dici a dicta Rixendi, antequam caperetur, si quis c|apie|t[h] eam, efficietur impotens in manibus et pedibus et prohicietur per scalam domus.

*Testis 15.* Ermeniardis, uxor Bernardi de *Canac*, dixit quod ipsa jussa fuit sepe et sepius ad dictam Rixendim et bene decem |v|icibus; et jacuit bene ibi per tres noctes et preter voluntatem sui mariti. Item *ut testi 13 ibi* pitrals *et* rossex[i], *addens* quod nu|nq|uam portarent nec aliqua facerent similia. Item *ut testis 8 de ovis in Quadragesima*. Item *ut testis I, art. 4*. Item quod quadam vice, cum crederent quod ipsa Rixendis moreretur, rogavit Mariam Maynardam quod annulum[j] suum in digito dicte Rixendis. *Obsequium devot|or|um.*

*Testis 16*[k]. A|l|adaissis[l], uxor Raymundi de Cavenaco, dixit quod ipsa fuit aliquibus vicibus, bene sexies vel septies, et ibidem jacuit quinque noctibus. Item *ut testis 10 de die Paschae*. Item *ut testis 11 de benedictione*. Item *de annulo suo ut testis 3*. Item dixit quod frater suus habet epistolam illam de qua supra.

*Testis 17.* Sebelia, uxor Guillelmi Maynardi, dixit quod ipsa accessit ad dictam Rixendim et audivit eam loquentem et dicentem: «Laudate nomen Domini!» Item audivit quod ipsa Rixendis dicebat quia[m] omnes ille que portabant aurum et argentum portabant diabolos supra se. *Aurum et argentum in vestibus reprobat.*

*Testis 18.* Domina Agrava dixit quod ivit ad domum Rixendis eo quod ipsa Rixendis dicebatur esse sancta et multum bona et quod audivit a Clementia et pluribus aliis dominabus quod dominus Jhesus multa secreta sibi revelabat. Et cum esset coram ipsa Rixendi que jacebat in quadam culgta, *Sancta reputatur. Revelationes ejus.*

audivit ipsam Rixendim laudantem et approbantem nomen Dei. Et quod propter multa verba que dicebat de Deo et de ejus Passione, ipsa devota credidit ea que audiverat dici de dicta Rixendi essent vera et ipsam credebat sanctam esse. Et mota ex hiis magna devotione, cum debuit recedere, accessit juxta ipsam et cum teneret ipsa Rixendis manus aliquantulum extra, in nomine Domini et in sua virtute et quia credebat ipsam esse sanctam, osculata fuit flexis genibus manum ipsius Rixendis.

*Devotam poenitet manus ejus fuisse deosculatam.*

**[fol.81]** Postmodum vero, cum ipsa audivit dici quod predicta Rixendis non erat talis mulier secundum quod credebat et intellexerat, multum fuit contrita et condoluit se quia accesserat ad ipsam Rixendim et sibi manum osculata fuerat ; et fuit suo confessori confessa.

Item requisita de fide, dixit quod credit omnia que tenet et predicat sancta mater Ecclesia ut fidelis christiana; et credit quod ostia que sacrificatur i|n| manibus presbiteri cum est i|n| altari est verum Corpus Christi et sperat salvari per illud.

*Testis 19.*

Berengaria, uxor B. Rubei burgensis burgi Narbone, dixit quod ipsa bis ivit ad dictam Rixendim; et cum esset juxta ipsam Rixendim, audivit ipsam Rixendim dicentem: «Laudate multipliciter nomen Domini!» Et cum vellet recedere, rogavit ipsam Rixendim quod rogaret Deum pro ipsa et ejus marito et filiis eorum; et ipsa Rixendis respondit: «Ita erit, sicut Deus voluerit». Item *ut testis 1|8|*[n] *de revelationibus.*

*Testis 20.*

Bernarda, soror B. Rubei burgensis burgi Narbone, *ut testis 18, art. I, de revelationibus et ut testis 2, art. 8.* Ipsa posuit suos *patres notres* in manibus Rixendis. Item quod plures dicebant quod Dominus noster Jhesus Christus apparebat eidem Rixendi et multa secreta sibi revelabat.

*Apparitiones et revelationes.*

Domina Alissendis, biguina, *ut testis 18, art. I. Verum ejus depositio non est integra in principio; postea tamen deponit*[(o)] quod mater sua dederat sibi de pane suo quem benedixerat Rixendis, quem ipsa comedit. Item quod propter devotionem quam ipsa habebat et alie superius nominate erga ipsam Rixendim, biberunt de vino quod erat in quadam amfora de quo biberat ipsa Rixendis. Item *ut testis 3*[(p)]*, art. 2, de* pitrals *et* rossex.

*Testis 21.*

*Devotio in Rixendim.*

Item dixit quod dum ipsa Alissendis appropinquabat se de lecto ubi ipsa Rixendis jacebat, ipsa Rixendis dicebat eidem quod non appropinquaret se de lecto, quia si faceret, mal|e| accideret sibi. Et audivit quod idem dicebat pluribus aliis.

*A se quasdam repellit.*

Item quia eam sanctam reputabat, quadam nocte, dum comederet ipsa Rixendis, tenuit candelam que ardebat.

**[fol.81v]** Item vidit ipsam Rixendim quadam vice bibentem ova in Quadragesima; et dicebat Jordana quod nisi darent ova, deficeret incontinenti.

Item quod propter epistolam illam de qua supra, ipsa stetit prima die dominica Quadragesime qua non comedit aliquid quod esset coctum illa die; excepto tantum quod comedit de arenchis coctis illa die.

Item *ut testis 7 super die Pasche, addens* quod illa die erat maximum festum in celo et magnum gaudium propter Domini Resurrectionem.

(a) *souligné lors de la copie.* – (b) i *tracé par-dessus un* d. – (c) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (d) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (e) Pitrals... muliebre *à l'encre de la correction.* – (f) 4 *tracé par-dessus un* 3. – (g) *sic, comprendre* principalis. – (h) si quis capiet *sic, comprendre* quod si quis caperet. – (i) Pitrals et Rossex *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (j) *comprendre* poneret *avant annulum.* – (k) Testis 16 *à l'encre de la correction* – (l) l *tracé par-dessus un* d *gratté.* – (m) *sic, comprendre* quod. – (n) 8 *tracé par-dessus un autre chiffre, sans doute* 7. – (o) ut testis... deponit *souligné.* – (p) *sic, comprendre* 13.

*Sessio III.*

Anno Domini 1288, IIII kalendas marcii, Jordana Maynarda fuit per dictos dominos judices vocata et interrogata ad illud quod dixerat quod habuerat epistolam de qua superius fit mentio a quibusdam sororibus minoritis. Nunc dixit de presenti corrigendo quantum ad hoc dictum suum dicens quod ipsam epistolam habuerat a quodam homine qui moratur in domo ipsarum sororum minoritarum, qui vocatur frater Petrus.

*Sic MS.*

*Genuflectentibus benedicit infantulis et matribus.*

Item addit quod plures domine veniebant coram ipsa Rixendi et[(a)] faciebant flectere jenua[(b)] coram ipsa Rixendi, rogantes ipsam quod rogaret Dominum Jhesum pro ipsis; et tunc ipsa Rixendis ponebat manum suam supra caput dictorum infantium et ipsarum mulierum et dicebat eis: «Deus det vobis suam benedictionem»; et faciebat crucem cum digito qui dicitur pollex in fronte ips|arum|.

Item quod illo mane hujus diei in quo capta fuit, audivit ipsam Rixendim dicentem et clamantem : «Surge Charitas! Surge Castitas! Surge Veritas!»; et postea dixit quod audivit dici ab ipsa Rixendi que dicebat quod caperetur; et postea illa die fuit capta per subvicarium curiae praesentis archiepiscopalis. Item deponit ut testis 1|4|[(c)] articulo ultimo.

*Testis 22.*

Petrus Alarassii, filius quondam Guillelmi Alarasii, dixit quod cum ipsa Rixendis esset in ecclesia sororum minoretarum et diceretur quod bona mulier erat, ipse ivit ad **[fol.82]** domum dictarum sororum et invenit eam comedentem panem et aquam; et non potuit tunc sibi loqui.

Postea in crastinum, ipse ivit ad eam et invenit ipsam in ecclesia dictarum sororum et stetit juxta eam et recepit manus suas et osculatus fuit manus ejus, credens et presumens quod esset mulier sancta et bona

mulier.

Item dixit quod ipsa Rixendis venit bis ad domum ipsius Petri et ipse dedit ei bis ad comedendum; et dicebat multa bona verba de Deo et de ejus Passione. Item dixit quod ipse misit quadam vice eidem Rixendi ad comedendum, videlicet panem, vinum et carnes coctas.

*Coelestes revelationes ab octo annis.*

Item dixit quod interrogata eadem Rixendis per ipsum P. a quanto tempore citra eidem Rixendi acciderant ea que nunc habebat de Deo[(d)], dixit quod bene erant octo anni.

Interrogatus de fide, dixit quod credit ut fidelis christianus quicquid tenet sancta Ecclesia; et credit quod h|os|tia sanctificata in altari per presbiterum sit vere Corpus Christi et propter eumdem intendit salvari.

*Sessio IV.*

Anno Nativitatis Christi MCCLXXXVIII, pridie kalendas marcii, dicta Rixendis existens in presentia dictorum dominorum jurata et requisita de veritate dicenda super articulis fidei,

dixit se credere unum Deum esse omnipotentem, spiritualium et corporalium creatorem visibilium et invisibilium.

Item dixit quod non credebat diabolum aliquid facere posse circa ista inferiora nisi permissione divina.

Item dixit se credere |T|res |P|ersonas[(e)] divinas, Patrem et Filium et Spiritum Sanctum, et has esse unum Deum.

Item dixit se credere Filium Dei fuisse incarnatum in Utero Virginali et ipsum esse nostrum Redemptorem et Salvatorem.

Item dixit se credere unum baptisma[(f)] in remissionem pecatorum[(g)] et baptismum efficaciam habere, quoniam ecclesia praedicat.

Item dixit se credere unam esse catolicam Ecclesiam per universum orbem et Romanam ecclesiam esse caput aliarum.

Item requisita si post Generale Judicium aliqui resurgentes punirentur inferno[h], respondit quod posse Dei tantum erat quod poterat omnes liberare.

*Error super aeternitate poenarum inferni.*

Requisita ulterius circumscripto[i] posse Dei quid crederet de dampnatorum punitione[j], respondit quod non credebat aliquem post Generale Judicium eternaliter puniendum, sed omnes venire ad Regnum.

Et super isto a pr|e|dictis dominis reprehensa, supplicavit **[fol.82v]** misericorditer quod[k] dicerent ei quid predicti domini sentirent et quid teneret universalis Ecclesia sancta Dei. Cumque per predictos dominos super dicto articulo esset sufficienter instructa, videlicet quod animae decedentium in mortali immerito a corpore separate in inferno puniuntur et post Generale Judicium dampnati in |a|nima et corpore punientur,

*Instruitur et revocatur ab hoc errore.*

ad istam veritatem conversa sine omni resistentia sive omni contradictione et pertinacia, confessa est et dixit se credere firmiter damnatos apud inferos sicut Ecclesia praedic|a|t puniendos; et ipsa Rixendis multum umiliter et devote regratiata est de predicta instructione.

*De Christi ad inferos descensus.*

Item requisita si anima Christi post ejus mortem descenderat ad inferos[l], respondit quod credebat sic esse, ut inde educeret animas amicorum suorum; et sic audiverat pluries predicari.

*De eucharistia.*

Item requisita quid super eucharisia sentiret[m], respondit quod credebat ibi esse verum Corpus Christi.

Item requisita super aliis articulis fidei, dixit se credere sicut sancta mater universalis Ecclesia docet et predicat.

(a) *il faut comprendre* cum eorum infantes et eos *(ou une formulation similaire).* – (b) *sic pour* genua, j *souligné lors de la copie pour renvoyer à la mention marginale au regard* Sic MS. – (c) 4 *tracé par-dessus un* 3. – (d) *suivi d'un point d'interrogation.* – (e) T *et* P *majuscules tracés par-dessus des minuscules grattées.* – (f) unum baptisma *sic.* – (g) *sic.* – (h) *suivi d'un point d'interrogation.* – (i) *comprendre* de *avant* circumscripto. – (j) *suivi d'un*

*point d'interrogation.* – (k) misericorditer quod] *il faut peut-être comprendre plutôt* quod misericorditer. – (l) *suivi d'un point d'interrogation.* – (m) *suivi d'un point d'interrogation.*

*Sessio V.* Anno Nativitatis Christi 1288, V nonas marcii, domine que secuntur fuerunt requisite de veritate dicenda et deposuerunt jurat|e| ut sequitur.

*Testis 23.* Domina Aladaissis, uxor Raymundi *Diausajuda*, dixit quod ipsa ivit ad dictam Rixendim bis quia credebat esse bonam mulierem et bonam christianam et amicam Dei et quod dicta Rixendis dicebat quod diebus dominicis non comederent *etc. ut testis 10, art.3* (a).

Item dixit quod ipsa misit dicte Rixendi de *sucre*(b) rosato et unam amfora|m| vini.

*Testis 24.* Domina Aladaissis Palaihana dixit quod ipsa ivit ad dictam Rixendim pluries quia credebat esse bonam mulierem *etc. ut testis praecedens, art. 1.*

Item dixit quod ipsa Rixendis fuit ad domum suam et una die comedit cum ipsa Adalaissi in domo sua.

*Fingit cibos sibi a Christo interdici*(c).

Item dixit quod cum in secunda die mensa esset parata et jam esset in mensa et comederet, ipsa Rixendis surrexit a mensa et dixit quod nondum volebat Dominus Jhesus Christus quod ipsa comederet ad presens; et tunc non comedit ipsa Rixendis. Postmodum dixit quod ipsa eam audivit dicentem: «Laudate multipliciter nomen Domini!»; addens quod Rixendis loquebatur cum angelis, ut dicebatur. Item quod posuit annulum suum *ut testis 15.* Quem annulum ipsa Aladaissis po|s|tea non portavit, cum audivit quod ipsa Rixendis **[fol.83]** non erat ita bona mulier secundum quod ab initio dicebatur.

*Digitus devotae contractus.*

*Quare.*

Item dixit quod cum quedam domine reciperent de vestibus ipsius Rixendis, videlicet domina Sextaria(d), ipsa voluit habere et habuit et posuit infra manum suam et strinxit manum; et cum sic tenuisset aliquantulum infra manum bene bene strictam, voluit aperire tunc unum de digitis suis, non(e) potuit incontinenti dirigere. Et fuit causam scire(f) quia sic manum strictam haberet et dicta Rixendis dixit ei quod hoc ei accidit quia receperat de vestibus et ipsa dixerat eis quod non reciperent. Et |c|um hoc audiret

ab ipsa Rixendi, projecit illud quod habebat de vestibus |ips|ius Rixendis, timens ne aliquid mali forte accideret.

Item *deponit ut testis 14 de epistola*.

Item *ut testis 2|1|, art. 4*.

Item dixit quod audivit dictam Rixendim dicentem: «Adhuc faciam miracula et faciam cequos videre et alia multa miracula; et qui malum faciet michi, male accidet ei». *Miracula promittit et minas intentat.*

Item dixit quod audiens ipsa quod dicta Rixendis moriebatur, dedit quatuor solidos et sex denarios et faciem de suzari[(g)] et alia necessaria |c|orporis ipsius Rixendis.

Item dixit quod pluries misit dicte Rixendi de suis victualibus et de his que ipsa comedebat.

Rixendis, uxor Johannis de Milaribus, *deponit ut testis 7 de* fiblays *et* cosse|xs|. *Testis 25.*

Item *ut testis 14 de epistola illa*. Item *ut testis 18, art.2* .

Item dixit quod ipsa rogata per Mariam Maynardam et mater sua dederunt quandam camisiam dicte Rixendi, que constitit duos solidos et sex denarios.

Item *ut testis 21, art. 2*.

Item dixit quod dicta Maria dedit de pane quem dicebat esse signatum per Spiritum Sanctum; et ipsa, mota devotione, recepit panem et comedit et dedit filio suo ad comedendum. *Panis signatus per Spiritum Sanctum.*

Anno Nativitatis Christi 1288, 3º nonas marcii, *rediit Alissendis, biguina, que moratur cum |G|aihano, et addidit dicto suo ut testis 14, art. 4 et 5.* *Sessio VI.*

Dulcia, mater uxoris Johannis de Mi|l|aribus, *deponit ut testis 14 de epistola praedicta*. Item *ut testis 10, art. 2, sed addit*[(h)] quod Rixendis dicebat circumstantibus: «Gaudete, quia hodie est Pascha nova!» *Testis 26.*

Item dixit quod audivit dici a Maria Maynarda quod Deus revelaverat dicte |R|ixendi quod ex illa infirmitate \quam patiebatur/ ipsa Rixendis debebat mori. *Falsa revelatio.*

Item *ut testis 13, art. 2, sed legitur* « fervials» *vel* «cossex ».

Item *ut testis 2|5|, art. 4*.

*Testis 27.*

*Caeca sanata dicitur.*

**[fol. 83v]** Clementia, uxor B. Raymundi de Cuxaco, dixit quod ipsa fuit ad dictam Rixendim et audivit quod dicta Rixendis di|x|it cuidam puelle que erat ante ipsam Rixendim, que erat cequa[i]: «Tu es sanata»; et ipsa puella dicebat quod ipsa videbat claritatem.

*Non nisi confessas admittit ad se, vel earum peccata revelat.*

Item dixit quod Maria Maynarda dixit eidem Clementie: «Caveatis vobis quod non veniatis ad ipsam dominam Rixendim nisi eritis confessa, quia si faceretis, ipsa Rixendis cum videret vos diceret in publico peccatum quod esset in vos». Et ideo ipsa, antequam accederet ad dictam Rixendim, fuit confessa de peccatis.

*Revelationes.*

Domina Murabella dixit quod ad eam accessit quia dicebatur sancta et quod Deus revelabat ei multa secreta.

Item vidit quod dicta Rixendis clamabat et dicebat : «Orate Deum! Orate Deum! Quare non oratis?»

*Habet caput debile. Cur?*

Item dixit quod Jordana Maynarda dicebat quod dicta Rixendis habebat caput debile propter orationes quas faciebat ad Deum ipsa Rixendis; et ipsa misit aliquantulum de cubebis[j] dicte Jordane.

*Comestores altarium.*

Item dicit quod post predicta, lector Predicatorum Narbone venit ad domum suam et quesivit filios suos; et ipsa dixit quod non erant; et tunc dictus lector dixit: «Etiam faciunt seipsi comestores altarium»; et nichil aliud dixit.

*Rixendis redarguitur.*

Clementia, uxor B. Raymundi de Cuxaco, rediit et dixit quod ivit ad dictam Rixendim |e|t audivit *Gaihanas*, qui erat ante dictam Rixendim, loquentem et dicentem : «Per Deum, si nos hec faceremus, nos caperemur pro hereticis!»

*Impugnatur.*

Item audivit quod unus de ipsis Gaihanis dixit: «Mater, alia peccata parcat nobis Deus, quia comedere coctum die dominico non est peccatum, quod faciunt homines sicut Predicatores et Minores comedunt[k]; et si malum esset, n|on| facerent».

*Testis 28.*

*Praedicatoribus et*

Domina Aladaissis, uxor Raymundi Fayditi, dixit quod audivit quod unus de Gaihanis dixit Rixendi: «Mater, alia peccata parcat nobis Deus, quia comedere coctum die dominico non est peccatum, quod faciunt homines sicut Predicatores et Minores,

*Minoribus imputat errorem.* *Increpavi|t|.* *Minatur.*

qui sunt pastores nostri et nos sumus oves; non tenent illud nec predicant. Et tunc ipsa Rixendis dixit quod ipsi tenent absconsum et nolunt revelare. Tunc ipse *Gaihanas* increpavit dictam Rixendim et ipsa dixit: «Vade, vade, miser, quia tu combureris et ibi aderis cum ipsis!»

(a) ut... 3 *souligné.* – (b) *souligné d'abord lors de la copie, puis, d'un trait ondulé, à l'encre de la correction.* – (c) *précédé, au-dessus, d'un texte raturé partiellement illisible :* Fingit... a prandio. – (d) *sic, un seul nom de* domina. – (e) *comprendre* et *avant* non. – (f) et... scire *sic.* – (g) *souligné.* – (h) sed addit *souligné.* – (i) *souligné.* – (j) *souligné.* – (k) quod... comedunt *sic.*